



Joßzeitcarmina.

Vol. I

~~Blch. 490-491.~~

A. IV. 74 Quart.

Carmina in nuptiis.  
Carmina in nuptiis.



57  
37  
MELOS GAMICUM,

*quò*  
*Vir Clarissimus, & Præcellentissimus*

DN.

M. CHRISTOPHO-  
RVS FIBIGERVS,

in illustri Gymnasio Augusteo Græcæ & Latinæ  
linguæ Professor P. longè meritisimus,

S P O N S U S,

ut &

S P O N S A

*lectissima, omniq; virtutum laude commen-*  
*datissima,*

V I R G O,

IULIANA MAGDALENA,

è profapiâ

*Viri olim Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, et*  
*Consultissimi*

DN. FRIDERICI RÜHNIS / JCTI,  
Archi-Episcopalis Magdeburgensis Dicasterii

Senioris, perillustr. Ducal. Anhaltini Bernburgici, &  
Comit. Mansfeld. Consiliarii  
oriunda,

*solemniter decantatur*

à nonnullis illustribus Augustei ad Salam  
Civibus.

Die 6. Febr. Anno Epochæ vulgaris M.DC.LXVI.

Halæ Saxonum,

Literis Oelschlegelianis.

32



**I**N verbis, herbis, gemmis, est maxima virtus;  
Sed major pulchræ virginis esse solet.  
Hæc instar Circes fallit juvenesque senesque,  
Et veluti magnes mascula corda trahit.  
En! *Juliana* tuit Tibi magnes magnus amoris,  
Quæ potuit pectus vincere, *Sponse*, Tuum.  
Hæc Te traxit *Halam*: retrahes Tu, *Clare Magister*,  
Huc illam, quò Te fata benigna trahunt.  
Vivite felices, concordés, crescite semper,  
Ut fiat mater pulchra Puella brevi.

*Gratulabundus de properabas*

*Joachim von Retzborff/  
Eques Marchicus.*

**D**um Venus & Phoebus casto sociantur amore,  
Dum Fautor thalami iura pudica subit.  
Ecquis erit nostrum, Cives, bona pectore vota  
Concipiat qui non, fausta quæ, cuncta canat?  
Haud ego, quantum vis metron, carmenque politum,  
Vena neget, taceo; Sed bona verba cano:  
Omnia florescant, Stirps crescat, Nympha vigescat  
Sospite cum Sponso, Germine, honore, bonis!

*Sic mente manuque canit*

*Johannes Heinricus Lysthenius  
Freiburgò-Thuring.*

לך בן בן חסד לא שיתל  
 חרור ולא שמו זכרל  
 חרור לך היא בן  
 בן טוב לשדה לך חרור

JOHANNES CHRISTOPHORUS Pfall  
 Giuzensis Saxo.



**Ε**Ι πολὺ ἀστέροισι καὶ αἶα ἐκείνοι ἐρροισι  
 Ἀστερέως μάκαρον, πολλῶν τ' ἀντίξιον ἄλλων,  
 ὥπτι τὴν ἀρετὴν τι φυγῆτε καὶ εἰδὲ ἀρίστη  
 Σὺλλεκτεσθε ἄδοται, καὶ δὴ Νιένυμφε φέρεστε,  
 Παμπόλλες ἤδη νῦν μαῖρ' ἀγαθῆ ὑπεραίρει,  
 ὅτισόν εἰς μέγαρον πολὺ πόντια ἔρχει ἀκοιτῆ.  
 Τίναχ' ὀλοψύχως συγχάριζα χάρματι κενῶ  
 ἠδὲ δίδωμι θεῶ ἀγίω μελεδήματι λοιπῶ.

*Congratulatio ergo ID an IMLI's  
 apponit*

JOHANNES CHRISTOPHORUS LYSTHENIUS  
 Freiburgo-Thuring.



**M**Os solet esse bonis, Neonymphos munere gratō,  
 Laudibus & voto condecorare pios.  
 Munera dent alii, referant alii quoque laudes,  
 Ast satagit mea mens hâc vice vota dare.  
 Sic facunda Tibi, fœcundaque Sponsula, vita  
 Jucunda, & fors sit, Sponse, secunda precor.  
 Sic benedictus erit Thalamus, sic vita suavis,  
 Crux levis atque brevis, cunctaque grata Deo.

*Haec paucula in honorem Clarissimi Dn. Sponsi  
 gratia mentis ergo gratulabundus apponit*

Johannes Schlegel/  
 Leucopetraum Misn.  
 Non



**N**on ego Gorgoneis perfusi labra fluentis,  
 Nec mihi dat vires Svada disertæ suas.  
 Enthea dum volitant melioris corcula Musæ,  
 Ut Tibi gratentur carmine, voce, manu.  
 Scribere cordis amor, votis & jungere vota,  
 Me quoque festivè Diva Themista movet.  
 Si vacat, o *Fautor* Musarum, fronte serenâ  
 Perlege nunc versus, quos Tibi mitto rudes.  
**M**le ego nunc tenui modulabor carmen avenâ,  
 Huncce diem Lycius tangat Apollo chely.  
 Curæ jam valeant, valeant quoque tristia corda,  
 Lætitiâ licitum est liberiore frui.  
 Vos adeo cuncti, quibus & Patraus Apollo  
 Pocula Castaliis plena ministrat aquis:  
 Fronte serenatâ vultus decorate serenos,  
 Debita præprimis solvite vota, precor.  
 Tandem & ad æternæ producat gaudia vitæ  
 Coniunctum Angelicis tempus in omne choris.

*Adjiciebat debita observantia ergo*

**JOHANNES GEORGIUS HOFFMANNUS**

*Leucopetrâ-Thur.*

\*\*\*\*\*

Opto, Ut pVrâ toro Vestro aDstet, paXqVe faVorqVe,  
 O Pater eX anIMô faC rata qVæ VoVeO.



Als andere auf Euch mit vielen Reimen tichten/  
 Das wil Ich alsobald mit wenigen verrichten:  
 Was durch der Götter-Schluss den Menschen ist verfehnt/  
 Das muß/obs schon nicht wil/zu letzt dennoch geschehn.

Wornach Ihr oft und viel/oZheurer Mann/geschauet/  
 Das hat Euch Weissenfels antzo anvertrauet/  
 Und ehret Euch numehr der ganze Helicon/  
 Dieß ist der Künste Schatz/dieß ist der Jugend Lohn.

Ihr gehet weiter,fort/und sucht noch andre Gaben/  
 Ihr wolt Eur Einsamsseyn an einer Seele haben/  
 Nun /dies ist auch erlangt,Der Himmel schläget drein/  
 Daß/biß Ihr Lebens-satt/beysammren möget seyn.

Einem hochgeehrten Samaltel zu schuldiger Dank-  
 barkeit setzet dieses hinzu

**Gottfried Arnoldt**

*Burgwerbâ-Misfr.*



**Q**Uæ Tibi jam dicam præconia, *Sponsæ* Colende,  
Dum celebras thalamo festa parata tuo?  
Quidque precor, Sociæ dum jungis fœdere dextram?  
Jam præter votum nil mea Musa dabit.  
Propterea hoc facio devotò pectore votum,  
Prosperè ut incœptum jam Tibi cedat opus.  
Sint Tibi, sintque Tuæ semper læta omnia Nuptæ,  
Ut numeret roseos vestra senectia dies.

*Gratulabundus app.*

**Theodorus Mellandæ**

*Nessaviâ-Misn.*

\*\*\*\*\*  
**U**T vobis jungam reliquis mea vota, requirit,  
Sicque jubet pietas. Sint rata vota, precor,  
Sospitet & fervet thalami Vos *Fautor & Autor,*  
Fulciat & castum gratia blanda torum.

*εὐθυμῶς ἄδρ.*

**PAULUS BECKER**

*Leucop. Misn.*

\*\*\*\*\*  
**O**Τὴ γάμον μίμνεις, δοκίμιοι σοὶ ἀπνίσσεν.  
Ἐκ γάρ τι τέτε Φάλης ἀνδράποισ ἀναβαίνει  
Ἐσθλή. καίρουν δὲ πατὴρ καὶ πύτνια μήτηρ.  
Σοὶ γέν τις εὐχὰς ποῖω, ᾧ ἄνερ πολυίδρι.  
Ἐσθλὰ θεὸς τίσο δόιη, ἵσα φρεσὶ σῆσι μνοιναῖς.

*Sic illoκαρδῶς νουεβατ*

**CHRISTIANUS HEINRICUS WEBER**

*Longo-Saliffâ Thuring.*

~~~~~  
**D**Um thalamo dulci celebrantur festa parata,  
Vota fero paucis his, ita clausa metris;  
Candida pax adfit, procul at discordia desit,  
Et semper cæptis annuat Alma Trias.

*Cresce*



Cresce, viresce, Vale, Præcellentissime Sponse  
Cum charâ Sponsâ, cresce, viresce, vale.

*Simon Philippus Kletwicz*  
Longo-Salissa Thur.

**T**empus adest, pie Sponse, Tibi quò jungitur Uxor,  
Quam decorat solidâ cum pietate fides.  
Quot fluctus igitur pelagus, quot continet imber  
Guttas, tot votis pectore fausta precor.  
Vivite felices cunctos per Nestoris annos,  
Dum vos ad cæli sidera Jova vehat.

*Johannes Christianus Ceumer,*  
Longo-Salissa Thuring.

**Q**uam socii effundunt Tibi candida vota, Magister,  
En! votum reliquis hoc ego jungo pium:  
Aspiret cœptis Supremi Numinis aura,  
Atque beet vestrum prosperitate torum.

*Matthias Drudius Halber.*  
stad. Saxo.

**P**aucis me expediâ, nec enim res verba requirit,  
Ista sit oprati summa, caputque mei:  
Vivite concordis longævi Nestoris annos,  
Sint post hanc vitam regna beata poli.

Ita οὐ χαίρω ποτε

*Zacharias Puntzschalius*  
Reichartsverbâ Misn.

Carmina



**C**Armina quis jam non gratanti pectore pangat  
Pro Nuptis faciens prospera vota novis.  
Verùm Castaliò quia nondum fonte rigavi  
Labra, levi votum, *Sponse*, capeffe stylò:  
Det Deus Astripotens Cumææ secula vatis  
Ut cum fœcundâ Conjuge lætus agas.  
Gargara possideas, superat dum vita, bonorum,  
Elysiis tandem dum potiare locis.

*Constantinus Händel*

*Wurzenâ. Misn.*

**G**ratulor & lætor, nova dum Tibi Nupta corollam  
Porrigit, & sociùm carmina suave canunt.  
Quot Masis tribuis pernox & per diu horas,  
Tot cingant, Fautor, dulcia fata torum.  
Sit pax, sit Soboles, sit gratia, gaudia, risu:  
Cottidiè plures fundat olympus opes!

Honoris, & boni ominis  
ergò posuit

*Paulus Martini Bornensis*

*Misnic.*

**V**itavit quondam Tencrorum cana vetustas  
Tempora, qua thalamo non satis apta novo.  
Et quois adscripsit Februum carbone notandum,  
In quò non comisit virginis hasta comas.  
Ast abeat procul hinc ventis data cautio Roma;  
Tempore nam quovis hasta recurva valet.  
Propterea felix ut sis Tibi tada jugalis  
Opto, hanc conservet Numine sancta Trias.

Fausli ominis ergò Dno. Sponso tumul-  
tuante adjecit calamò

*Dietericus Gebhardus Walburger*

*Grabzigensis Anbaltinus.*

*Madrignat.*

## Madrigal.

**D**u Venus samt den kleinen Affen  
Verstecke dich/ geh' Hymen weg von hier/  
Ins Heydnische Revier/  
Wir Christen haben nichts mit euch zu schaffen/  
Der groß- und kleine Welt erhält/  
Der regne Glück/ und Güter durch sein Zelt  
Auff die verbundnen beyde/  
Es ziere sie des greisen Nestors Haar/  
Die liebe müsse stegen/  
Die Unlust weiche gar/  
Der frohe Himmel wird es auch so sügen/  
Daß ein Alcarnius sich kan zum Eltern schmiegen.

Johannes Pestler. Monacho-  
Berns dorfiã Variscus.

~~~~~  
**O** Quanta est quaso Ter summi gratia Iovæ,  
Quantâ quaso suos hic bonitate beat!  
Summos concessit FIBIGERO nuper honores,  
Nunc reddit thalami dulce jugalis onus.  
Quapropter lator toto de pectore junctis,  
Conjugioque novo prospera queque precor.

Christianus Blumenauerus  
Teuchrensis Misnic.

~~~~~  
**M**ulti multa optâre, locò coronidis opto,  
Ut Deus optatis pondus inesse sinat.  
Pondus inesse sinat thalami Deus optimus Author,  
Vinclaque concedat dulcia Conjugii.  
Dulcia Conjugii conservev vincula, donec  
Optatum omne ratum sit, precor ex animo.

Johannes Christophorus Spangenberg/  
Kindelb. Thuringus.



llr,  
59.

llr,  
70.

72.  
71  
C

llr.  
72

>





MELOS GAMICUM,

quò  
*Vir Clarissimus, & Præcellentissimus*

DN.

M. CHRISTOPHO-  
RVS FIBIGERVS,

in illustri Gymnasio Augusteo Græcæ & Latinæ  
linguæ Professor P. longè meritisimus,

S P O N S U S,

ut &

S P O N S A

*lectissima, omniq; virtutum laude commen-*  
*datissima,*

V I R G O,

IULIANA MAGDALENA,

